DECRETVM GRATIANI

EMENDATVM ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM,

Vnà cum gloſsis,

GREGORII XIII. PONT. MAX.

IVSSV EDITVM.

ET NVNC RECENS CVM ADDITIONIBVS

Præclariſsimi Iuriſconſulti Domini Auguſtini Caranitæ Patritij Ebolitani, & in ſacro Regio Conſ. Neapolit. Conſiliarij.

VENETIIS, M D C.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLL. SOC. IESV ... GVA.

DECRETVM ABBREVIATVM SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

LIBER DECRETI DIVISVS EST IN TRES PARtes. Quarum prima eſt de diſtinctionibus. Secunda de cauſis. Tertia de conſecratione. Prima pars diſtincta eſt in diſtinctiones centum & vnam.

PRIMA diſtinctio tractat de iure naturali & humano, ius ipſum naturaliter eiuſque ſpecies omnes diffiniens, & inter ius ſcriptum, & non ſcriptum differentiam ponens. 1

ij. de iure Quiritum ſiue Romanorum, ipſum per ſpecies diffiniens. 6

iij. iuris canonici varia nomina diſtinguit, breuiterque exponit. 7

iiij. ad quid leges inuentæ ſunt, & quid ſacri canones mandent 9

v. quomodo ius naturale eſt immobile, nec obſtat quod ibi ponitur. 12.

vi. an illuſiones nocturnæ ad peccatum imputentur, & circa finem proſequitur de iuris naturalis dignitate. 14

vij ponit legiſlatores, oſtendendo qualiter ius inceperit. 18

viij. ponit differentiam inter ius naturale & conſuetudinem. 19

ix. auctoritate & exemplo probat cõſtitutiones hominum iuri naturali cedere.

x. oſtẽdit quod leges Imperatorum vincuntur à canonibus. 27

xj. dicit conſuetudinem legibus approbatis cedere. 33

xij. habet laudabilem conſuetudinẽ eſſe ſeruandam, quę nec canonib. ſacris, nec veritati, nec bonis moribus obuiet. 38

xiij. vult quod contra ius naturale non admittatur diſpenſatio, niſi in fuga maioris mali. 44

xiiij. quod quis non det minus peccatum committere, vt aliud maius euitare poſſit. 47

xv. notat de tempore quo ſacri canones, libriq; & concilia celebrata fuerunt: & quæ opuſcula ſunt admittenda. 48

xvj. ponit quod canones Apoſtolorum ſunt recipiendi, poſtea oſtendit quo tempore & quo renitẽte in Papatu vel Imperio quodlibet concilium eſt celebratum. 54

xvij. dicit non concilia, ſed conuenticula celebrari ſine Papa. 62

xviij oſtendit quod prouincialia cõcilia nihil generaliter poſſunt conſtituere, ideo conſequenter declarat ad quid ſint vtilia, & quoties in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate ſunt celebrãda, & quod metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis ad concilium conuenientib. Addit de pœna epiſcopi, qui vocatus ad ſynodum non venit. 66

xix. vim decretalium oſtendens dicit mandata eccleſiaſtica deuote ſeruanda.

xx. Dicit quod in cauſis diffiniendis ſacri canones, in exponenda vero ſacra ſcriptura ſancti doctores attenduntur. 81

xxj. Tractat de diuerſis ordinibus & gradibus miniſtrorum, docendo qui ſunt executores ſiue miniſtri canonum à maiori vſque ad infimum. Et differentias miniſtrorum locorum aſſignat, probans quod maior à minori non debet iudicari. 84

xxij. de dignitate Romanę Eccleſię, & quarundam aliarum. 91

xxiij. de ordinatione miniſtrorum incipiens à Romano Pontifice, & deſcendens vſq; ad oſtiarium 96

xxiiij. de examinatione ordinandorum. 108

xxv. de officijs clericorum, incipiendo ab oſtiario, & aſcendendo vſq; ad epiſcopum. Circa medium diſtinctionis inchoat. xiij præcepta regulæ apoſtolicæ, vt proſequitur ibi, Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine. Et inde nacta occaſione ponit varias ſignificationes huius nominis, crimine. Et oſtendit quod ſit mortale, & quod veniale. 111

xxvj. exequitur ſecundum preceptũ Apoſtolicæ regulæ. Oportet epm eſſe vnius vxoris virum. 118

xxvij. probat quod nolentes vouere continentiam, ad ſacros ordines promouendi non ſunt, aſſignans differentiam inter ſolenne & ſimplex votum. 122

xxviij. probat quod clericis habere vxores non licet in eccleſia occidentali, addens de ſubdiaconatu, qui olim prohibitus nõ erat. 125

xxix. oſtendit quædam capitula tradita eſſe ex cauſa, quædam ex cã, quædam ex tempore, quædam ex loco, quædam ex perſona. 133

xxx. quia dictum fuit. xxviij di. ſupra, quod ſacerdotes non debent à ſe abijcere vxores ſuas prętextu religionis: hic dicit q ex cã fuit hoc ſtatutum. ſ. propter quoſdam hæreticos, qui coniugia deteſtabantur. 134

xxxj. probat & ponit exempla interminis, qualiter clerici continere debent, & quod ab omnib. eſt ſeruanda continentia, niſi ab orientalibus. 139

xxxij. adhuc proſequitũ de continẽtia clericorum, & dicit quod conſtituti in quatuor ſacris ordinib. tenẽtur continere. & ſi habent publicas cõcubinas, nullus eorum Miſſam audiat. 143

xxxiij. oſtendit quod bigami, corpore vitiati, vſurarij publice penitẽtes, luſores in ſcena ludentes, furioſi, arreptitii, accipientes meretrices in vxores, & concubinas habentes promoueri non poſſunt. 154

xxxiv. ponit quod oportet epiſcopũ vitare nimiam familiaritatem domeſticarum perſonarum, & ẽtconſanguineorum, & quod venari nõ licet. 157

xxxv. agit de tertio capitulo apoſtolicę regulæ, oportet ordinandum

Gloſſas Ioã nis ſupplevit in multis. Bartho. Brix.

QVONIAM novis ſuperuenientibus cauſis, novis eſt remedijs ſuccurrendum: idcirco ego Bartholomæus Brixienſis confidens de magnificentia Creatoris, apparatum Decretorum duxi in melius reformandum, non

Humanum genus.] Hæc diſtinctio dividitur in duas partes. In prima probat per quatuor canones, quod humanum genus regitur duobus, ſcilicet iuribus, & conſuetudinibus. In ſecunda parte, quæ incipit ibi [Ius & alia,] ponit ſeptem differentias iurium. Ioan. de Fan. & Pet.

CASVS. Iſte ſic ponitur. Di. hic quod duo ſunt inſtrumenta, per quę genus humanum regit, & gubernatur, .ſ. ius naturale, & conſuetudo ſive mos. Ius naturale eſt quod in lege & in Euangelio continetur: quo iure quiſque iubetur alij facere, quod ſibi vult fieri: & hoc prohibetur alii inferre, quod ſibi nolit fieri: & hoc probatur auctoritate Chriſti dicentis. Omnia quæcunque, &c.

a ¶ Humanum genus] Tractaturus dñs Gratianus de iure canonico, primo incipit a ſimplicioribus, ſcilicet natura. Et a iure naturali, quod antiquius & dignius eſt a Cepit enim ab ipſa rationali creatura, vt iſt de re diui. § commodius. Aſſignat ergo multas differentias iuris naturalis ad alia iura, vſque ad 15. diſt. in qua aggreditur principale propoſitum de iure canonico, originem eius aſſignans.

b ¶ Duob] Signatur contrarium infra 9. diſ. duo. ſed illis duob. regitur tanquam auctorib. iſtis tanquam inſtrumentis 11. qu. 1 c ſicut enim § ex his.

c ¶ Naturali] id eſt, diuino a

d ¶ Morib], i. conſuetudinario iure, vel etiam iure humano, ſive ſcripto, ſive non ſcripto, quæ a inſtitutionis

e ¶ Vult] Sed nonne ego volo quod alter det mihi rem ſuam, non tamen ego volo ei dare rem meam? Expone ergo, vult id eſt debet velle. & ſic exponitur ibi. Habe charitatem, & fac quod vis. & ſic exponitur lex ff de ſo lu. l. j vel expone iubet, id eſt conſulitur, & ſic econuerſo verbum rogandi pro verbo præcipiendi ponitur 11. q. 3 rogo.

f ¶ Prohibetur] Nunquam inuenimus expreſſe prohibitum in lege, vel in Euangelio, niſi per quandam conſequentiam. Nam vbi vnum contrariorum præcipitur, per conſequens aliud prohibetur: ſic vbi aliquid iudicatur meum eſſe per conſequens iudicatur tuum non eſſe ff de procu. l. Pomponius § 2.

Ius naturale reliquis antiquius eſt. a Vt 5 diſt. c 1. in prin.

a Idem Alex. de Imo. in l. militis. C. de teſt. milita.

Volo, id eſt velle debeo.

3 Conſulitur, & maxime: quoniam omnino præceptum eſt: ſed expone, vult ex eo de naturali dictamine, non autem ex perturbatione concupiſcentiæ.

GREGORIVS PAPA XIII.

Vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

EMendationem Decretorum, locorumque a Gratiano collectorum, (erat enim is liber mendis, & teſtimoniorum deprauationibus pleniſſimus) a nonnullis Romanis Pontificibus prędeceſſoribus noſtris optimo conſilio ſuſceptam, ſelectiſque ad id negotium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & alijs eruditiſſimis viris adhibitis commiſſam, multis autem, varijsque impedimentis hactenus retardatam, nunc tandem vetuſtiſſimis codicibus vndique conquiſitis, auctoribusque ipſis, quorum teſtimonijs vſus erat Gratianus, perlectis, quæque perperam poſita erant ſuis locis reſtitutis, magna cum diligentia abſolutam, atque perfectam, edi mandauimus. In quo magna ratio habita eſt operis ipſius dignitatis, & publicæ eorum præſertim, qui in hoc ſtudio verſantur, vtilitatis. Iubemus igitur, vt quæ emendata, & repoſita ſunt, omnia quam diligentiſſime retineantur, ita vt nihil addatur, mutetur, aut imminuatur.

De hoc titulo dictum eſt in præfatione.

CONCORDIA DISCORDANTIVM CANONVM,

Ac primum* de iure diuinæ, & humanæ conſtitutionis.

DISTINCTIO PRIMA.

1\. 2. *HVmanum genus[a] duobus[b] regitur, naturali[c] videlicet iure, & moribus[d]. Ius naturale eſt, quod in lege & Euangelio continetur: quo quiſque iubetur alii facere, quod ſibi vult[e] fieri: & prohibetur[f]*

dum, non detrahendo alicui, nec attribuendo mihi gloſſas, quas non feci: ſed ſuplendo defectum ſolummodo, vbi correctio neceſſaria videbatur, vel propter ſubtractionem decretalium, & diminutionem earundem, vel propter iura, quæ ſuperuenerunt de nouo. Interdum etiam ſolutiones interpolui, quæ prætermiſſæ fuerant a Ioanne. Hoc feci ad honorem omnipotentis Dei, & Eccleſiæ Romanæ, & ad communem vtilitatem omnium ſtudentium in iure canonico. Bar.